



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XVII. Mutinen. fideicommissi de Rangonis. De quæstione proximitatis  
in simplici fideicommisso inter transversales diversarum linearum, An  
scilicet remotior de una linea, in qua est primus, ex ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

## DE FIDEICOMMISSIS.

- 44
- masculinus, ac in solis ejus descendantibus masculis, sed de universa ejus linea & descendenter tam masculina quam feminina, cum solo ordine prælationis inter unam & alteram, ita ut donec utraque duraret, non daretur casus libertatis bonorum, illorumque transitus ad penitus extraneos; Neque urgebat motivum discretivæ, quod in hac materia satis efficax repurari solet, quoniam illa erat inter masculos, qui à feminis descenderent, sed non percutiebat ipsas feminas, & hæc mihi videbatur veritas, dum testator universam posteritatem usque ad ultimum honorem voluit, in solo tamen sexu masculino, sed non curato medio, an esset masculinum, vel femininum, nisi in solo ordine prælationis ut dispositionis tenor clare ostendit.
- 13 De ratione, ob quam attendi debet proximitas gravis & non gravantis.  
 14 Vbi sit transitus ad diversum ordinem, seu gradum substitutionum, proximitas regulanda est a personæ testatoris.  
 15 In successione fideicommissaria, non attendantur annatas, vel duplicitas vinculi.  
 16 De individualitate inducta ex voluntate testatoris quam potius in defecta portione intrat, jas ascendit, vel non decrescendi ad favorem omnium portionum.  
 17 Vbi testator mandavit semper succedi debere subdus prærogativa quomodo intelligatur.  
 18 De dictione semper, quomodo intelligenda sit.

D I S C . XVII.

## MUTINEN. FIDEICOMMISSI DE RANGONIS

P R O

MARCHIONE JOANNE MARIA  
RANGONO

C Y M

MARCHIONE FORTUNATO  
etiam RANGONO.

*Casus disputatus in Consilio Mutinæ.*

De quæstione proximitatis in simplici fideicommissio inter transversales diversarum linearum, An scilicet remotior de una linea, in qua est primus, ex beneficio representationis, vel subingressio, seu illius vulgaris, quæ dici solet anomola, fiat æqualis gradu proximiori alterius linea; Et an differat quod omnes concurrentes sint de una vel respectivè de pluribus lineis ab initio constitutis.

S V M M A R I V M.

- 1 F Acti series.
- 2 De alia simili controversia super successione feudorum, ejusque decisione remissive.
- 3 Quod attendi debet sola proximitas gradus, illam regulando à persona gravati morientis.
- 4 De subingressione filii in locum patrii, ut ita remotior fiat æqualis proximiori.
- 5 Contrarium verius firmatur, ut equalis debet esse successio proximioris, & remotioris.
- 6 De distinctione, an ab initio una tantum linea, vel plures constituta sint.
- 7 Vbi est una linea procedit conclusio de qua num. 3.
- 8 Vbi vero sunt plures attendi debet conclusio, de qua n. 5.
- 9 De autoritatibus probantibus hanc distinctionem.
- 10 De pluribus rationibus idem comprobabitibus, ut pluribus linearis ab initio constitutis omnium linearum sit æqualis successio, non curata inaequalitate graduum.
- 11 Attenditur ea proximitas, que pendet à latere testatoris, non ab alio latere extraneo.
- 12 Etiam data facultate gratificandi, & disponendi, omnes linea honoranda sunt.

FULVIUS de Rangonis de anno 1571. infra hæredibus Claudio, Thadæo, Joanne, & Iobino quatuor ejus filiis masculis, perpetuum divisionum ac reciprocum fideicommissum ordinaverter filios & descendentes cujuslibet, Uno autem eorum, vel ejus filii & descendantibus deficibus, substitutus superstites, eorumque filios & descendentes masculos, adjecta ratione, ut omnibus in universa ejus descendenter masculina per se commissum reale conservari debeant, & deinde cum ordine ad rem non faciente, in linea summa vocando demum in omnium defectum quemlibet locum pium; Cumque esset pellestor duorum sutorum, mandavit unius jurisdictionem administrationem esse debere apud seniorem de linea colonnello primogeniti, & alterius apud filium de linea seu colonnello secundogeniti, & sic hanc sive. Ac demum in fine, cum fideliter tradidit Latino in Italicum sermonem, formula tradidit Marzarium in ejus Epitome fideicommissorum partem & ut tollatur occasio litium fol. 11., mandavit dicta successionem semper intelligi debere servandum prærogativa, dummodo filius subinterveneret cum patris respectu ascendentis & patrum, ac de paritate gradus in stirps & non in capita, quod semper intelligi debet de proximitate gravatum morientis non autem ipsius testatoris,

Defecto Claudio sine prole, dictaque hereditate proinde divisa in tres portiones inter tres descendentes, defecit super linea Jacobini per manus Alphoni ejus filii sine prole, unde proprieta in defecta portione, tam Castrorum & feudorum iniquorum hujus domus, quam erant in illa hujusmodi reditatis, orta est controversia inter Fortunatum, Thadæi, & Joannem Mariam pronepotem Janis ex Fulvio filio, & Claudio nepote reflectente, introducta causa in Consilio Mutinæ, disputans us fuit successio feudorum, in qua obtinuit Joannes Maria remotior æqualem successionem cum dicto Fortunato proximiore, juxta ea quæ habebuntur in tenet, feudorum de Rangonis sub tit. de feudis diss. 3. sens autem causa quod sciā adhuc pender indebet.

In utraq; vero scribens pro Joâne Maria, arguitus consultus pro veritate, observabâ primo aperte respondendū videtur pro Fortunato proximiori, proximate Alphonso defuncto quarto gradu, conclusionem dicti Joannis Mariae, qui ab eodem dicto gradu distat, stante quod testator omnes questiones defusus cadentes, atque inter antiquiores nimis controverſias, ita derimere voluit, ita circa representationem intrantem in infinitum attenta proximitate fideicommissaria testatoris, quam circa subingressio in generali corruptum jure vulgaris in fideicommissis.

quam nostri anomaliam dicunt, dum expresse determinavit attendendam esse proximitatem ex persona gravata, atque ad limites juris representationem restringit cum patruo, juxta ea quae ceteris relatis moderno tempore, dum haec scribam, jam firmata fuerant per Rotam in Reatina fideicommissi 12. Maij 1656. coram Verospio, 29. Maij 1664. coram Emerix & 23. Iunii 1666. coram Albergato, & in Rauennaten. fideicommissi 7. Februarii 1667. coram Cerro, in quibus decisionibus responderetur ad auctoritates facientes in contrarium, praesertim vero ad ea, quae circa subingressionem in locum seu gradum corruptum jure dictae vulgaris in fideicommisso seu anomala, ceteris relatis firmiter punctualiter per Rotam decis. 198. par. 4. rec. tom. 2. repetit. dec. 96. post Merlin. de legitima, quod scilicet procedant de jure, quoties ad istius limites incerta disponentis voluntas regulanda est, secus autem expressa voluntate testatoris accedente.

Quamvis autem dictae decisiones fuerint juxta votum, cum in Reatina scriperim pro gradu proximi-  
oribus obtinentibus, atque in Rauennaten. com-  
sulatu pro veritate ante item per remotorem luc-  
cubentem, contra ipsum responderim, ut patet ex  
dictis proxime intra sequen.; His tamen non ob-  
stantibus, etiam cum sensu veritatis, ab initio, quo  
de illa confutis respondi, ac deinde scribendo ad  
causam, dicebam aequaliter esse debere dictorum  
contentientium successionem ob aequalitatem, non  
quidem gradus, sed linea, admittendo tanquam ab-  
solutum, quod ubi sola graduum ratio habenda esset,  
tunc potiores essent partes Furtunati proximioris,  
dum ita neque beneficium representationis, neque  
alterum subingressum remotori suffragari poter-  
rant, quia contentio non erat cum patruo, sed cum  
altero remoto, unde propterea inani labore tor-  
queri dicebam plures sribentes de partibus pro dicto Fortunato cum longo allegationum ac argumen-  
torum apparatu probare conantes exclusionem,  
tam dictae representationis, quam subingressum,  
quodque etiam in fideicommissariis successionibus  
attendi deberet ordo successionis ab intestato, cum  
omnia haec stante expressa determinatione testatoris  
potuerint ac debuisse presupponi.

Cum igitur totum fundamentum hujus remo-  
tioris consistet in ea proximitate, seu aequalitate,  
qua resultat ab aequalitate linea, idcirco ad hujus-  
modi veritatem demonstrandam, reflectendum esse  
adverberem ad veram ac receparam distinctionem  
desumptam extexti in cap. de natura successionis feudi  
& concordan. An scilicet testator ab initio unicam  
tantum linea constituerit, instituendo scilicet unum,  
qui esset omnium descendantium stipes, quamvis  
traetu temporis isti in plures ramos seu colonello  
divisi essent, vel econverso ab initio plures discretas  
lineas constituerit ob institutionem plurium filio-  
rum, qui essent respectivè proprietarum linearum  
stipites.

Primo enim casu admittebam quod cum sola ra-  
tione graduum procedendum esset, ideoque potio-  
res essent partes proximioris in exclusionem remo-  
tioris, juxta ea quae habentur infra disc. seq., ac in su-  
pra allegatis decisionibus, que in eodem casu editae  
sunt, quoniam cum tunc attento stipite, omnes cen-  
tentur de una linea, cessat ratio concursus linea-  
rum, solumque intrat concursus proximitatis ra-  
tione gradus, quo casu certum est attendendum  
esse ordinem intestatae successionis; Secus autem  
ubi plures linea inter se discretae ab initio consti-  
tuta sunt, cum tunc concursus potius esse dicatur

inter lineas, quae representantur ab iis, qui sunt in 8  
eis primi seu proximiores, ideoque sufficit, ut quis  
sit proximus in linea propria, ut dicatur aequalis al-  
teri in ejus linea proximiori, quamvis inter eos gra-  
dus in aequalitas comparativa vigeret.

Probari hoc dicebam auctoritate ac ratione,  
Auctoritate liquidem plurimum, quos latè colligunt, Anat. resol. 10. nu. 8. & Enser. quest. 48. num. 4. &  
seqq., qu. 484. nu. 68., qui tamen non omnes dicunt  
id ad quod allegantur, neque ita explicitè ad hu-  
jusmodi distinctionem defendant. nempe Alex.  
conf. 26. lib. 3. Alciat. conf. 134. lib. 9. Crauett. conf. 67.  
num. 5. Torniell. apud Portian conf. 51. cum sequen., &  
magis proxime idem Portian conf. 55. nu. 94. cum legg.  
Paris. conf. 38. num. 10. lib. 2. Menoch. conf. 124. nu. 78.  
cum seqq., & 357. nu. 14. 3 Magis autem clare  
ac explicitè dictum fideicommissaria Peregr.  
art. 20. num. 6. cum duobus seqq., ubi testatur ita de-  
cimum. & conf. 58. num. 8. & 9. lib. 4., & melius conf.  
129. lib. 5. per tot., cum quo pertransirent Enser. &  
Anat. ubi supra, quorum secundus licet magis col-  
lector quam discurrens, bene ac distinctè loquitur,  
atque cum hujus distinctionis fundamento, licet ad  
eam ita specificè non descendat, procedit Rota d.  
decis. 198. par. 4. recent. tom. 2. alias decis. 96. post  
Merlin. de legitima, & admitti ut etiam in dictis mo-  
dernioribus decisionibus editis in Reatina, & in Rau-  
ennaten. in quibus ut patet etiam disc. seq., funda-  
mentum constituit, quod ageretur de prima parte  
distinctionis, & in unica linea ab initio consti-  
tuta.

Clariss id probari dicebam ex pluribus rationi-  
bus, in quibus magis quam in simplicibus auctorita-  
tibus, pro genio ac stylo, mihi semper placuit im-  
morari ac fundamentum constituere, plures enim  
rationes id bene comprobare videbuntur; Primò scilicet  
quia testator una linea deficiente, ad portionem  
defectam omnes aliquaque filios eorumque descen-  
dentes pariformiter, & cum aequali dilectione vo-  
cavit, quae voluntas absque dubio effectum for-  
tiri non posset, sive (per quemdam loquendi mo-  
dum) miraculi species esset quod fortiter, ut  
inter omnium linearum personas sola gradus ratio  
habenda esset; Cum enim agatur de dispositione  
protracta in tempus remotissimum extinctionis  
uniuersi vel plurium linearum, quarum longam &  
quasi perpetuam durationem hujusmodi ambitiosi  
testatores cogitare, ac sperare solent, utique mo-  
raliter impossibile est, ut post remotissimi tem-  
poris decursum, reperiantur personæ plurium li-  
nearum ultimo morienti de linea defecta attinen-  
tes in gradu omnino aequali; Et consequenter  
presupposita ex magis communiter contingentibus  
in aequalitate, resultaret, quod ita una sola li-  
nea honorata remanseret, reliqua autem perpetuo  
exclusæ, quoniam regulando successionem sem-  
per à persona ultimi morientis, bona in unam  
lineam ingressa, ab illa non egrediuntur, neque  
ad aliam transitum faciunt, nisi ea totaliter eva-  
cuata. Atque ut adverberit supra in Urbevetana  
majoratus disc. 6., attenditur proximitas, qua 11  
dependeat à testatore, non illa accidentalis, qua  
refulget à latere matris ejusdem familie seu des-  
cendentia; Hoc autem adversatur de directo  
voluntati testatoris, qui omnes descendants su-  
perstites pariformiter diligendo, aequaliter vo-  
care voluit, & propterea honorare omnes lineas  
in personis eorum, qui in eis primi seu proximio-  
res de tempore facti casus reperiantur.

ELUCA  
De  
lamentis  
Itat.  
CVI

Adeò enim ista omnium linearum æqualis dilectio i. consideratione habetur, quod etiam si testator gravato expressam tribuat facultatem disponendi intra genus vocatum, aliquos gratificando, ac alios negligendo, adhuc tamen intelligitur intra omnes lineas respectivè, ita ut omnes honoratae remaneant, neque possit una linea honorari, & altera negligi, facultas vero censetur data intra personas cuiuslibet linea juxta firmata per Rotam in Romana hereditatis de Spatis 16. Ianuarii 1665. & 8. Februarii 1666, coram Cerro, de qua causa habetur actum infra dict. 57. ubi licet resolutions prædictæ non omnino placent. Attamen id provenit ex defectu applicationis ad casum ex facti circumstantiis, admittitur autem propositio juris in abstracto.

Secundo in idem, quia si defecta una linea post remotissimum tempus, successio in hac defecta portione regulanda esset ex sola proximitate gradus intra personas diversarum linearum, sequeretur idem inextricabilis litium anfractus, qui consideratur per tenentes opinionem, ut proximitas regulanda sit à persona gravata & non gravantis, quando tenenda esset altera opinio spectandi personam gravantis, quod scilicet post remotissima tempora impossibile esset per gradus distinctos proximitatem firmare, ut ceteris relatis habetur apud Orthob. decis. 21. n. 13. & 14. & infra in Rom fideicommissi de Victorii dec. 23. ideoque admittendus est concursus omnium linearum in personis eorum, qui natu majores reperiuntur in eis primi seu posteriores discretive.

Tertio, quia ubi supponitur omnino defectam ac evanescat in esse unam lineam, ita faciendum sit transitus ad lineas diversas, & consequenter non urgeat ratio continuationis in eodem sanguine seu eadem linea, tunc recte intrat limitatio, de qua ceteris relatis apud Merlin. decis. 520. num. 11. cum seqq. alias decis. 519. par. 5. recent. ac in Rom fideicommissi de Victorii dec. 22. & dec. 15. ut tunc revolutur ordo successionis, atque ista reguletur magis à persona testatoris, qua attenta, intrat representatio in infinitum, atque tanquam inter descendentes spe- cato principio seu stipite, non datur graduum inæqualitas.

Quarto quia, licet regulariter vera sit propositio, ut successio fideicommissaria regulari debeat jure successionis intestata, atque juxta istius ordinem, nihilominus id intelligitur juxta subjectam materiam, ac verisimilem testatoris voluntatem, qua attendit, non curatur duplicitas vinculi, sed juxta magis communem, & à Rota receptam opinionem, æqualis est omnium descendentium æqualis gradus conditio, non spectata unicitate vel duplicitate vinculi cum ultimo defuncto, quoniam sufficit, ut omnes sint conjuncti ex eodem stipite testatoris, ut ceteris relatis plenè probat Bellon jun. de jur. accresc. cap. 5. quest. 56. num. 15. cum seqg. & tenuit lèpè Rota, præterea apud Buratt. decis. 770. & decis. 801. apud Orthob. decis. 91. apud Roias decis. 306. coram Celsi decis. 33. & in aliis, cuius contrarium est in successione ab intestato, cuius prout inde ordo, non ita simpliciter & indefinite, sed juxta subjectam materiam, ac verisimilem testantis voluntatem attendi debet.

Et quinto demum, per quamdam assimilacionem, in idem conferre dicebam ea quæ habentur deducta in hac eadem controversia inter easdem partes super successione feudorum d. titul. de feudis dec. 8. quod scilicet stante habituali individualitate, ita successio regulanda esset, potius ex quodam jure accrescendi vel non decrecendi intet portiones, ut portio defecti aliis portionibus extantibus æqualiter accrescat, quam jure successorio inter personas,

ex ibi deducatis. Licet enim in ista controversia deicommissaria non intret ratio individualitatis peculiari natura feudorum Dignitatis ibi considerata, cum agatur de bonis allodialibus indifferenter bus de sui natura actu & habitu diuiditis, atque cum testator expressè declaraverit, universam eam hereditatem subiacere debere in perpetuum sibi commissio reali ad favorem totius descendens prius masculinæ, & deinde feminæ, ita facta est propriè inducere potuit quandam individualiter dictæ hereditatis, divisa fruitione per portiones juxta eam individualitatem speciem, quæ pondere infra in Romana palati de Capranica tñl. 106.

Neque obstat dicebat ea quæ supra in commentarij ponderata sunt circa demandatum problemum salva semper prerogativa gradum, quotiens intelligitur juxta subjectam materiam ac naturali cessionis, ut bene probatur ex deducatis per Rollus representat. lib. 3. cap. 4. num. 15. & 16., ubi constata etiam dicta distinctione inter unam vel plurimas lineas ab initio constitutas, firmatur in specie, quæ ubi etiam testator expressè mandaret attendi de prærogativam gradus, intelligitur tamen dicta juxta ordinem linearum & intra propriam lineam. Licet enim dictus Author ac alii apud eum legitur de majoribus Hispaniæ individualiis ac juniperis mogenitis ordinem uni tantum deferendis, non propteræ prærogativa linea vincit gradum, & non alios, Nihilominus eadem ratio adaptabiliatur fideicommissis, in quibus plures lineas ab initio discretae constitutæ sint. Et de dictione semper diligenda compatibiliter ac discreta juxta subjectam materiam, ac citra repugnantiam voluntatis testatoris vel admissionem inconvenientiū haberet dictu. num. 6. cum seqq. par. 7. recent. dec. 65. num. 11. & par. 8., apud Roias dec. 90. num. 5. cum seqq. & alii plurimes, quoniam in hac materia vis non verbis sed in substantia verisimilis voluntatis, quæ ad istum casum recte adaptari observantur, quæ in Reatina dec. seq. per scribentes in commentarij ad favorem remotorum deducebantur, clausulam in stirps, ac circa subingressione vulgaris anomolæ, ut ubi.

Inter scribentes autem pro Fortunato prout re fuit Manzius I. C. Lucensis qui ejus scriptum stravit inter suas consultationes consult. 84. & 85. ubi etiam de scriptis per alios hinc inde.

## REATINA FIDEICOMMISS DE VECCHIARELLIS.

PRO  
CARDINALI ODOARDO  
& FRATRIBUS.

CVM

BARTHOLOMÆO & FRATRIBUS  
DE VECCHIARELLIS.

Casus decisus per Rotam pro Cardinali  
& fratribus.

De eadem materia concursus ad defec-  
tionem plurium ejusdem generis  
gradus